



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Thesis Decimasexta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

merito erubesceret ad suas ineptias, de S. Stephano etiam pleno, de Zacharia & Ioanne Baptista item plenis; quasi non eorum plenitudo sit secundum quid & ad mensuram, ista vero Christi simpliciter sit plenitudo, qualis deficitia, bita fuit θεού θρόνῳ homini deificato, & infini virgo matè digno. Nec est quod expectet sibi responderi, ad ea quæ pro defendendis caluini locis corrasit de gratiæ Christi augmento. Verba sunt & præterea nihil. Iam supra dictum est plenitudo Christum profecisse, non secundum gratiæ ne supera-sapientiæq; habitum, sed quoad eius effectum, & ostensionem.

## THESIS DECIMASEXTA.

Iam vero Natiuitas sic habet, ut natus sit ex Maria non virginе. Reiecto enim Papistarum figmento, ait Molinæus in Harm. 4. Euang. part. 3. quod filius eius ut radius solis per vitrum, sic per vterum illæsum transiuit; dicendum & credendum est, quod naturaliter ruptis obicibus, id est claustro & virginali integritate lœsa, & apertis locis exiuit ac natus est, & quod diuulsus distractisq; vteri partibus (Beza contra Brent.) egressus sit. Proinde non est quod miremur, si ex partu uti ceteræ mulieres in peccatis conceptæ, & cōcipientes, maledictioniæ Euæ obnoxiae; ita & ipsa benedicta Mater Iesu infirmata sit, eaq; causa eius in Ægyptum fugam Deus tantisper, dum è puerperio reualesceret, viresq; itineri necessarias repararet, distulerit. ut nihil diuinum cogitans philosophatur Gal-

HINUS

uinus in Harm. ad c. 2. Matthei. Nec interest infide  
Euangelica secundum Euangelium Bezae in præfat.  
noui testam. (in quo nulla diu potest incorrupta vir-  
go persistere) ut post Christum natum in virginitate  
vixerit. Illud scire pretium est, quod non malignè  
minus Dei potētiam, quam Zacharias restrin-  
xerit, Calu. in ca. 1. Luc. v. 34. quod fines suos  
sæpè excederit, Calu. in cap. 12. Matth. & Luc  
quod intempestiuè festina fuerit; (Ibid.) quod  
superba Deo se prætulerit; in c. 2. Luc. in Har-  
mon. quod quo tempore morienti in cruce  
Filio ex ardētissimo amoris affectu astitit, in  
primum, quintum, sextum, nonum Decalogi  
præceptum peccārit mortaliter (Buny. in ex-  
ercitio Christian.) Prō! quam beata iudicio Calu-  
nianorum vbera, quæ suxit Dei Filius; quam gratia pli-  
na, & benedicta inter mulieres Mater Domini; quam  
fecit genitrici suæ magna, qui potens est & sanctum  
nomen eius!

## CAPVT IV.

*Matrem Christi Caluinistici non esse  
Virginem.*

Requisita  
ad perfectā  
virginita-  
tem,

**V**T perfecta sit quæpiam virgo, duo re-  
quiruntur: unum in mente, alterum in  
corpo. In mente necessaria est voluntas ser-  
uandi integritatem castitatemq; vt Docet D.  
Thom. 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 152. in corpore requiritur in-  
gritas